Quietationem praeterea ultra praemissa Judicij Consistorialis sive etiam Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis ferias dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones, Appellationes, ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, factis Iuris, praetensione Terrae, bello, conventioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo. Ita sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

R. Viazdowski Praepositus Pruchnicensis Stawskie Quietat.

~~Generoso~~ Generoso Dominico a Zumow Zumowski Capitaneo Lipien. in locum infratti Gnosi Joannis a Staw Stawski Pocilatoris Leopolien. Vice Capitaneo loci praesen. Subdelegato, munusque hoc Subdelegationis in se, successores, ac bona sua generaliter omnia quo ad Viniacti praesen. attinet, libere et benevole evassumenti, officio et Actis praesen. Castren. Capitanealibus Premysliens. comparens personaliter Admodum Reverendus in Christo Pater Vincentius Viazdowski Praepositus Pruchnicen. sanus mente et corpore existens, a Terris, dictis Iuribus, Iurisdictionibus suis quibusuis proprijs et competen. recedendo, praesenti vero Castren. Capitaneali Premyslien. Iurisdictioni quo ad Actum hunc attinet, se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter ac plenarie incorporando atque subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognovit, Quod ipse suo, et totius

1140 Confraternitatis Sanctae Annae Matris Beatissimae Vir-
ginis Mariae, et Procuratoris Capellae eiusdem Confrater-
nitatis, ad Ecclesiam Pruchnicensem sitae, quorum ratihabiti-
one cavet, a se praesenti inscriptione, Magnificum Generosum Ioannem
a Staw Stawski Pocillatorem Leopoliensem et Vicecapitaneum
Castrensem Premisliensem, olim Generosi Georgii Stawski Filium
bonorum Villae Wolczyi Bezowice haeredem, et ipsius Successores
de Summa Duorum Millium florenorum polonicalium per eundem Generosum
Stawski Pocillatorem Leopoliensem, et loci praesentis Vicecapitaneum
olim Admodum Reverendo in Christo Patri Ioanni Zigonio
Plebano Pruchnicensi, in vim Reemptionis alias na
Wyderkaff, coram Actis Terrestribus Praemisliensibus Feria tertia
post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris proxima
Anno Domini Millesimo Sexcentesimo quadragesimo Septimo
proxime praeterito inscripta, et in bonis praefatis Villae Wolczy
Bezowice suis haereditariis assecurata: nec non de eadem ipsa
Inscriptione Reemptionali seu Venditionis, ac omnibus
eiusdem Insertis conditionibus et vegamentis ob praestitam
sibi per transportationem et locationem Summae supradictae
Duorum Millium florenorum polonicalium ex bonis praefatis Villae
Wolczyi Bezowice in bona Villae Wola Rozwienniecka,
et factam per Generosum Ioannem in Bzeglin Wocalow-
ski sub Actis hiec Ruthenicis coram Actis praesentis Vendi-
tionem Inscriptionem, Satisfactionem Quietat, emittit,
dimittit, liberumque et absolutum perpetuo pronuntiat, In-
scriptionem eiusque Reemptionalem seu Venditionem Ter-
restrem Premisliensem in toto et per omnia cassat, morti-
ficat, et annihilat, sibi et suis Successoribus eiusdem praetensionis
perpetuum imponendo Silentium.